



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

23. Jurisdictio alteri in subditos Ordinarii comperens an Ordinarium  
excludat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

1. Episcopus non potest eximere Ecclesiam à jure visitandi, &c.
2. Ecclesia fundata cum pacto, ut alteri quam Episcopo, poterit nihilominus visitari à Episcopo.

1. **F**edericus de Senis *conf. III. num. 4. conf. 247.* respondit, Episcopum talitege Ecclesiam eximere non posse, licet alii sint qui distinguant, an talis exemptio concedatur Ecclesie construenda, vel jam constructa, ut videre est ex Doctoribus à Prospero Farinacio laudatis *dec. 30. nu. 6. & 7. par. 2. Fel. c. cum Venerab. n. 33. de except.* dicens, quod ecclesia fundata cum tali pacto, ut subdit alicui v. g. Abbati, nihilominus suberit Episcopo. *Abb. c. cum dilectus n. 4. de consuet. Decius conf. 121. n. 3. Innoc. c. Lateran. n. 5. de Preb. Barth. l. quoties §. si. n. 1. ff. de adju. tut.* qua de re videatur quæ supra scripti cap. 11.

Q U Æ S T I O XXII.

Jurisdic. alteri in subditos ordinarii competens, an Ordinarius excludit?  
**A**D hoc collineandum est, an ex diplomate liquet Jurisdictionem concedi esse privative vel accumulative. *Gabriel. conf. 195. lib. 2. Barth. l. 1. C. de off. 1. p. p. fecl. urbis. Bald. l. unica §. ubi autem n. 6. C. de caduc. roll. Anchar. conf. 164. latè Rom. conf. 393. Castr. l. testam. nu. 6. de testam. Fel. ca. Pastoralis de offic. ord. & ibi DD.* Quomodo articulo licet in dubio communiter concludatur Jurisdictionem accumulative censere concessam, latè *Farin. decif. 33. par. 2. & Menoch. li. 2. praf. 18. & DD. jam laudati.* sunt tamen qui variè hanc theoriam communem restringunt, *Menoch. praf. 18.* nimirum, nisi Jurisdic. concedatur favore ejus cujus interfit non habere plures iudices. *Bald. d. l. unica n. 3. Fel. d. cap. Pastoralis nu. 2. Farinac. decif. 30. n. 4. par. 2. Afflicti decif. 41. nu. 2. Menoch. d. Praf. 18. nu. 26. & seqq. plerumque enim nonnullorum interfit non habere plures iudices aut visitatores. Angel. l. si testamenta vers. si favore C. de testam. Bald. Ante habita nu. 59. C. ne filius pro patre. & quandoque favor aliorum potest ut complures habeant iudices, veluti alio in loco ostendi, similiter restrictivè. *Farinac. d. dec. 33. nu. 2. par. 2. Abb. cap. Pastoralis nu. 6. vers. sed in regularibus a. liud puto & ibi Fel. nu. 4. de offic. ord. ita concludit Farin. decif. 30. & 33. par. 2. Menoch. d. Prafump. 18. nu. 6. Surdus conf. 56. nu. 13. in quo tamen, quia spinosior est hic articulus. pedem nunc non figo, ideò vide ea quæ alio loco scripti l. 1. 9. 17. n. 2. 2. & seqq.**

Q U Æ S T I O XXIV.

Utrum Ordinarius teneatur Exemptum à se excommunicatum absolvere ad cautelam.

**S**i Excommunicatus alleget Jurisdictionis defectum in iudice ordinario ratione exemptionis, non est ita facile danda absolutio ad cautelam, nisi prius exemptio aliqua